



**Theologiae Moralis Sacramentalis Ad Instructionem
Ordinandorum & Curandorum Ex Materia De Sacramentis
In Genere Et Ordinis Eucharistiae, Poenitentiae, Ac
Matrimonii In Specie**

De Matrimonij Sacramento, & omnibus Peccatis contra VI. praeceptum, ac
de Abortu

Sporer, Patritius

Salisburgi, 1711

Sectio VI. De Impudicitia intern & externa, cordis, oris, aspectûs, & tactûs.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55333)

tur se voluntariè polluisse, præter objectum cogitatum vix aliquid interrogandum erit.

SECTIO VI. & ultima.

De Impudicitia interna, & externa.

Seu

Cordis, oris & aspectûs, ac tactûs.

SUMMARIA.

- 662. Quid & quale peccatum impudicitia cordis? scilicet.
- 664. I. Cogitationes impure?
- 665. II. Delectatio morosa?
- 666. III. Consensus impudicus?
- 667. Quid, quando, & quale peccatum impudicitia oris, seu turpia loqui, cantare, legere &c. vel 669. audire?
- 670. Aspectus turpium potest esse mortaliter illicitus. I. ex objecto.
- 671. II. Ex intentione aspicientis, &
- 672. III. Ex periculo prævisio.
- 674. Sicut tactus, oscula, amplexus possunt esse mortale, tripliciter,
- 675. I. Ex ipso objecto.
- 676. II. Ex intentione, &
- 677. III. Ex periculo animadverso.
- 680. An quando, & quale peccatum, tactus, oscula, amplexus, I. honestatis?
- 681. II. Necessitatis?
- 682. III. Curiositatis. vel levitatis?
- 683. IV. Voluptatis vel delectationis gratiâ? ubi quid delectatio verè: sensibilis?
- 685. Delectatio venerea voluntariè habita semper est peccatum morale.
- 686. Sensibilis tantum per se solum veniale.
- 687. Per accidens tamen sæpius mortale.

688. Imò semper mortale circa objectum per se turpe
obscenum.

690. In re venerea deliberatè & directè intentio non
tur parvitas materia;

691. Bene verò in re venerea indirectè tantum soluta
ria.

692. Resolvuntur casus varii communiter contingentes.
Uique ad n. 689.

662. **I**mpudicitia dicitur voluntaria occupatio
potentiarum circa res venereas, seu circa po-
vocantia ad libidinem voluptatis gratiâ. Eius
modi autem impudicitia, & impudica occupa-
tio fit vel in potentiis internis: intellectu,
luntate, phantasia, appetitu sensitivo; vel ex-
ternis, ut aspectu, loquela, tactu & amplexu.
generatim quatuor modis, scilicet corde, et
aspectu, & tactu. Explico sigillatim.

§. I.

Impudicitia cordis.

663. **E**ST voluntaria occupatio mentis, seu po-
tentiarum internarum, nimirum phantasia
& appetitus, intellectus & voluntatis circa res
turpes, & ad libidinem provocantes voluptatis
gratiâ: Et vulgò numeratur triplex, cogitatio,
delectatio, consensus. De quibus ex professo
latè in materia de peccatis, p. I. Decal. c. 6. per
totum; accipe summam.

664. I. *Cogitatio*, vel imaginatio rerum obscenarum voluntariè assumpta, admissa, continua-
ta secluso omni bono fine, ex mera curiositate
vel levitate practicè ordinariè sunt peccata mor-
talia.

talía ob præsentissimum periculum labendi in, gravius peccatum, utpotè delectationem, vel consensum turpem, aut in ipsum opus. Juxta communem DD. Quòd si verò assumantur, eisque immoretur ad malum finem operationis, vel delectationis inhonestæ, atque sic actu conjunctæ sint cum consensu vel in opus turpe, vel saltem in delectationem morosam veneream, tunc coalescunt in unum peccatum cum ipso consensu & proposito, vel delectatione turpi, ut seorsim non sint exprimendæ in confessione, sed sufficiat dicere: consensi in tale opus turpe, vel delectatus sum morosè de tali opere turpi toties, &c.

II. *Delectatio morosa* impudica est simplex 665
complacentia in delectationem veneream ex re turpi cogitata consurgentem absque animo illam perficiendi: & hæc sive absoluta, sive conditionata sub quacunque conditione non subsistente, semper est peccatum mortale, ut jam toties inculcatum, & probat communissima DD. in dicta materia. Et reducitur hoc peccatum delectationis morosæ venereæ ad diversas species externas luxuriæ, utpotè fornicationis simplicis, adulterii, incestus, sodomix, &c. juxta rationem objecti, seu materiæ cogitatæ in tali delectatione, si tamen talis circumstantia attendatur, & intendatur in ipsa delectatione morosa, quod certè rarum. Undè qui morosè delectatur de ligata, consanguinea, vel sacra persona, præcisè ut femina pulchra est, nullam habet rationem talis

talibus circumstantiis, ut ordinariè sit, committitur actum simplicis fornicationis mentalis, necesse est ea circumstantia personæ cogitata necesse erit explicanda in confessione, ut alibi jam notatum. Quod si denique complaceat vel contentus sentiat præcisè in ipsam delectationem veneriam exurgentem absque cogitatione ullius objecti vel complicitis (quod certè etiam raro) non erit propriè loquendo delectatio morosa, sed simplex impudicitia reducenda ad speciem molitæ tanquam inchoata pollutio, ut paulò superius notatum.

666 III. *Consensus impudicus* dicitur propriè qui fertur in opus ipsum turpe, & est actus voluntatis efficax propositi, vel desiderii perpetrandi opus aliquod turpe, adeoque absolutus semper est peccatum mortale; quin etiam conditio tunc sub conditione practicè non auferente molitiam actus, juxta latè dicta in materia de peccatis. Est autem peccatum mortale ejusdem speciei cum ipso opere turpi perpetrando, unde totæ sunt ejus species, quot sunt species externæ luxuriae, ut supra initio Tractatus annotatum. Intellige autem dummodò circumstantiis speciem mutantibus sint cognitæ, & attentæ per intellectum, etsi à voluntate minimè sint intentæ contra quam modò dictum fuit de delectatione morosa. Ratio disparitatis sæpius indicata quia actus internus inefficax (uti est delectatio morosa) fertur in objectum præcisè, prout obiectivè proponitur per intellectum, ideoque

cile abstrahit à circumstantiis annexis, quamvis cognitis; at verò actus internus efficax propositi, vel desiderii tendit in ipsum actum externum prout fiet à parte rei, ideòque non potest abstrahere à circumstantiis annexis, sed volens actu n externum v. g. peccare cum ligata, consanguinea, &c. necessario etiam vult circumstantias annexas cognititas.

§. II.

Impudicitia Oris.

Turpiloquium. Turpia loqui, turpia can-667
tare, legere de rebus venereis, vel ad libidinem provocantibus venereæ delectationis gratiâ, seu cum delectatione circa ipsas res turpes narratas, cantatas, lectas, vel cum animadverso periculo consensûs in delectationem veneream, vel ipsum opus aliquod turpe (quò etiam spectant litteræ amatoriaræ, & libidinosæ inter personas solutas) utique est mortale peccatum, mortalem scilicet malitiam sumens à fine mortali luxuriæ: juxta communissimam DD. cum Navarro c. 15. n. 14. Sanchez lib. 9. *matrim. disp.* 44. n. 38. Layman. l. c.

Quòd si tamen ejusmodi turpia dicantur,668
narrentur, cantentur, legantur non cum delectatione libidinosa circa ipsa objecta turpia, sed ex aliqua levitate, curiositate, aut alia delectatione non libidinosa, ex joco, recreationis, vel temporis fallendi gratiâ, aut delectatione tantum speculativa ob suavitatem, vel artificium Poësis, mirabiles modos, vel inventiones circa talia

(secluso semper periculo consensûs libidinosi
culpam saltem venialem non excedent: ut
nes fateri debent. Ubi tamen meritò advertit
las apud Tambur. l. 7. c. 8. §. 4. convinci plu-
mos captare, ac consentire in delectationem
libidinofam ipsarum rerum turpium sub pre-
tu artificiosæ propositionis, cantilenæ, &c.
&c. quondò carmina vel cantilenas magis
tificiofas de re pia fastidiunt, vel recusant,
dius verò excipiunt de rebus turpibus. Con-
vinci item delectatione libidinosa ferri eum,
frequentius & libentius loquitur de occu-
partium corporis, & rebus ad eas partes per-
nentibus, quàm de aliis rebus. Denique
peccati argui, qui metaphoris rerum turpium
gaudent, qui facile dicta detorquent ad
turpes sensus, quamvis enim hæc sæpè ex-
sentur ab inadvertentia, vel quia objectum,
quo agitur, non est adeò obscenum, sæpè ta-
men, quia deliberatè procedunt ab affectu ad res
turpes, à mortali non liberantur.

669 Denique ad impudicitiam oris debet etiam
revocari impudicitia aurium: audire enim vo-
luntariè turpia causâ delectationis venereæ,
cum periculo consensûs in talem delectationem,
aut ipsum factum, vel peccatum aliquod
gravius turpis operis, similiter peccatum mor-
tale est, & præter proprium peccatum, sæpè
potest accedere peccatum alienum scandalum, ut
potè si ejusmodi turpibus auditis arrideas, tibi
placere significes, quo talia loquentes magis

licis, vel confirmas : vel si facile possis, vel etiam ex officio tenearis, tamen ejusmodi turpiloquia non prohibeas, impediās, abrumpas, aut saltem vultu, gestuque tibi displicere significes, vel loco abeas. * Secus est si ejusmodi audias ex levitate, curiositate tantum, secluso periculo consensu turpis, aut non impediās, cum facile non possis. Placet judicium Tambur. cit. §. 4. in fine dicentis: *Si aliis loquentibus, tibi illud turpiloquiū, vel impra cantilena displiceat, sen non placeat, nec tamen loco discedas, nec eos reprehendas ob ruborem, imò etiamsi (secluso scandalo, & animo de illo peccato delectandi) rideas, vel quid simile facias: re non accuso peccati mortalis, quia ipsa erubescencia non contemnenda ratio est pro tua excusatione.* Hæc ille.

§. III.

Impudicitia aspectus.

A Spectus impudicus rerum turpium libidiniferosus & mortaliter illicitus esse potest tripliciter, ex objecto, ex intentione, ex periculo.

1. *Ex objecto aspectu*, quod in se valde turpe est, & notabiliter apud plurimos ad libidinem provocans, seu influens in commotionem illam libidinofam. Sic merè deliberatè 1. & seriò aspicere alios actu coeuntes (non item coeuntia animalia secluso affectu ad libidinem) 2. Aspicere membra pudenda alterius personæ diversæ sexus, ut vir scæminæ, aut scæmina viri, seclusa vera necessitate, qualis est in Medico,

PARS IV. SACRAM.

Uu

vel

vel Chirurgo, aut Infirmario ad medendum
 istis partibus &c. 3. Aspicere personam alterius
 sexus totam nudam deliberatè & seriò, vix
 quam à peccato mortali excusari potest ob
 ximè præsentissimum periculum libidinis, argu
 consensùs libidinosi. Secùs dicendum fore, si
 ejusmodi inspiciantur vel indeliberatè ex im
 provisò, vel ex levitate valdè obiter & breviter,
 ter, vel etiam (ut placet Tamburino cit. l. 1. c. 1.
num. 3.) ex loco valdè remoto; aut per ve
 opacum: tunc enim non erit nisi veniale, quia
 sic non adest periculum ad ulteriorem libidinem.
 Eadem ratione nudam personam ejusdem sexus
 aspicere, si sit valdè puerilis, *Tambur. ibidem*
 cum aliis rectè censet esse tantum veniale, quia
 hoc ex se non multùm excitat ad venerem.
 Plures casus adferam in finè infra, ubi de par
 tate materiæ.

671 *II. Ex sola intentione aspicientis libidinosa.*
 Cum quis scilicet ex intentione venerem de
 lectionis captandæ seu ex actuali affectu ad libidinem
 aspicit aliquid, etiamsi de se non sit turpe, v. g. faciem, pectus, ubera foeminae, utique
 mortale peccatum erit ex vi intentionis libidinosa
 læ: maximè secutâ, & voluntariè acceptatâ
 delectatione venerem, cum commotione spiritus
 um generationi servientium: ut cum Navar.
cir. c. 16. n. 11. notant omnes passim. Peccatum
 ergò mortaliter mas & foemina soluti alterutro
 ejusmodi lascivis aspectibus ad delectationem
 venerem, vel ipsius copulæ desiderium excitati.

tantes: juxta illud *Matth. 5. Qui viderit mulierem &c.* Cæterum cum quis aspicit mulieres affectu venereo sistendo in delectatione morosa sine progressu ad eas concupiscendas efficaciter ad copulam, meritò censet Tambur. *lib. 10. Decalogi c. 3.* non esse necessariò in confessione explicandas circumstantias personarum, eadem ratione, sicut de ipsa delectatione morosa modò dictum fuit; quia etiam tunc tota delectatio videtur interius consummari. At si easdem venereo affectu etiam tangat, quia tunc actus exteriorius consummatur, utique esset personæ conditio exponenda.

III. Ex solo periculo præciso, vel adverso libidinosi consensûs, ut cum quis ejusmodi objecta turpia, seu minus honesta, etsi seclusa actuali mala intentione venerea, solâ levitate vel curiositate ductus deliberatè tamen & seriò aspiciens prævidet jam insurgente turpi commotione periculum consensûs in eam delectationem impuram, vel ipsum opus aliquod turpe, nec tamen ab aspectu cessat, utique jam peccat mortaliter ejusdem speciei luxuriæ peccato, cujus proximo periculo se sciens volensque exponit, ut apud omnes in confesso est.

IV. Cæterum seculis istis tribus, objecto per se valde turpi, intentione impurâ, & periculo consensûs in delectationem veneream, vel opus aliquod turpe, se ipsum vel alios, viros, vel foeminas ex curiositate, vel levitate tantum inspicere, non nisi veniale erit, & iustâ causâ necess-

cessitatis, vel utilitatis utiq; ab omni peccato excusatur; quinimò, se ipsum etiam circa pudenda intueri plerumque veniale tantum est: hoc non ita ad libidinem provocat, sicut aliter re pudenda aliorum, maxime diversi sensus. Denique juxta dicta eadem ratione obcursum est de iis, qui legunt libros de rebus turpibus ex professo agentes; qui seriò inspicunt picturas valde obscenas; qui spectant comœdias valde turpia repræsentantes; si enim ita factum cum voluntaria delectatione libidinosa, vel cum animadverso periculo consensûs in ejusmodi delectationem, vel opus turpe, liquido peccatum mortaliter. At seclusa tali turpi delectatione ejusque periculo, ex sola levitate, vel curiositate talia agere, venialem culpam non excedet, dummodo semper absit periculum consensûs turpis. Sed heû in re lubrica, quam frequenter adhibetur. Cæterum de ipsis scribentibus libros turpes pingentibus picturas inhonestas, histrionibus obscœna repræsentantibus, eos saltem ratione scandali peccare mortaliter, & vix unquam mortali excusari posse, habet communis sententia in materia de charitate, & scandalo.

§. IV.

Impudicitia Tactus.

674 **I**mpudici tactus, oscula, amplexus, eodem modo libidinosi, & mortales esse possunt tripliciter, ex objecto, ex intentione, & ex periculo, & quidem longè majori ratione, quia longè

fortius ad libidinem provocat & irritat tactus, quam aspectus tantum, tangere enim proximius ordinatur ad libidinem, magisque venerem, id est, spiritus generationi servientes commovet, majusque periculum ingerit fœdæ libidini serviendi, quam solum aspicere. Itaque

I. *Ex objecto ipso* tangere deliberatè & seriò 675
partes inhonestas alterius personæ, sive ejusdem, sive diversi sexûs (seclusâ verâ necessitate v. g. medendi) semper est mortale; etiamsi delectatio venerea per se directè non intendatur, sed ex sola levitate, vel curiositate fiat; operationem dictam; quia nimirum id ex natura sua nimium & proximè libidinem provocat: & gravius peccatum est, si tactus fiat inter personas ejusdem sexûs, quam diversi: quia tunc ad gravius peccatum naturâ suâ disponunt, ut rectè notat Sanchez, *lib. 9. matrim. disp. 46. n. 18.* Sed dixi: *deliberatè & seriò*, nam Sanchez cum aliis *ibidem n. 12.* admittit hic aliquam levitatē & jocum excusantem, de quo infra. Dixi etiam: *alterius persona*: nam tangere se ipsum in partibus verendis etiam ex sola levitate (seclusa mala intentione & periculo) culpam venialem non excedit, quia tactus suarum partium non est tam excitativus ad libidinem, sicut tactus aliorum: atque omni culpa vacabit, si ex rationabili causa fiat ob obviantes necessitates, aut etiam (ait Tambur. §. 2. n. 4.) ad calefaciendas manus.

II. *Ex intentione.* Tangere partes quaslibet, 676
etiam minimè inhonestas, ut faciem, brachia,

U u 3

pedem

pedem mulieris cum intentione captandi delectationem libidinofam, aut animo se, aut personam provocandi ad libidinem vel opus turpe, liquidò etiam mortale est, ex fine mortali malo; atque circumstantia personæ sic libidinose tactæ in confessione explicanda est, ut patet supra de aspectu impudico innui. Quare uide legendi & intelligendi sunt DD. *Cajeta. Navar. alii*, quando dicunt: leviter tangere manum mulieris, digitum intorquere, pedem pedem premere, &c. esse veniale: intelligendi sunt secundum mala intentione libidinosa. Quis enim prementem vel levissimè manum, vel pedem mulieris, si fiat ex deliberato affectu libidinoso ad delectationem veneream vel ipsam copulationem mortaliter peccare?

677 *III. Ex periculo animadverso* consentiens in delectationem veneream, vel opus turpe, si inter tangendum, osculandum, amplexandum foeminam vel masculum, exurgente jam commotione libidinosa advertas periculum concupiscentiæ turpis, nec desistas, utique peccabis mortaliter ejusdem speciei peccato, cujus periculum exponis. Unde à mortali excusari non possunt oscula, amplexus, & tactus ejusmodi peccati morosè facti ob delectationem sensibilem persistentem in ipso osculo, amplexu, vel contractione affectata: & maximè si fiant cum ardore & mora, replicatis diu in ore osculis, gustationibus, linguâ unius alterius ore exceptâ, &c. enim, & omninò adverti debet ab ipsis praecavendum.

tissimum periculum consensûs libidinosi saltem in delectationem veneream indè inseparabiliter enascentem; & mirum esset, si non sequeretur consensus ipse. Atque hoc sensu rectissimè intelligitur damnata illa propositio infrà adferenda.

IV. Denique seclusis his tribus, tactus, oscu-678 la, amplexus etiam inter solutos, vel non nisi peccata venialia erunt, si otiosè ex mera levitate fiant: accedente autem justâ causâ, omni culpa liberabuntur: quæ quidem omnia hætenus dicta in his terminis apud omnes certissima sunt. Latent tamen adhuc gravissimæ difficultates, & scrupuli difficillimi. Ut ergò in re usquequaque frequentissima, dicta melius intelligantur, pono unam & alteram specialem quæstionem.

QUÆSTIO I.

Quotuplex potest esse delectatio in impudicis tactibus, osculis, amplexibus, vel etiam aspectibus.

Tactus, oscula, amplexus, sicut & aspectus,679 cogitationes, imaginationes de se sunt actus omninò indifferentes, possuntque fieri vel boni, vel mali moraliter, juxta bonum vel malum usum, vel finem, ad quem referuntur. Undè variè & quatrupliciter potissimum possunt distinguui tactus, oscula, amplexus; *honestatis; necessitatis; levitatis; vel curiositatis; & voluptatis* seu delectationis alicujus captandæ gratiâ. Percurro breviter singula.

I. Honestatis.

680 **T**actus, oscula, amplexus honestatis dicuntur, quæ fiunt vel juxta morem patriæ civilitatis gratiâ, vel aliâs ex honesto fine, ut ad contestandum amorem castum, amicitiam pacem, reconciliationem, amorem, &c. Et in omni culpâ vacant, quia honestatis virtutibus induunt; oscula præsertim in scriptura verè exemplis commendantur Gen. 27. *Accipe me, & da mihi osculum fili mi* Luc. 7. Christus Simoni, *Osculum mihi non dedisti hac autem &c.* 1. Thesal. 5. *salutate fratres omnes in osculo sancto.* Eadem autem est ratio de amplexibus & tactibus, ac complexibus innumum ob similem causam, idque maxime in consanguineos & conjugatos, vel sponsores ad contestandum amorem, amicitiam conjugatos &c. quo etiam referenda est delectatio quædam moralis honestatis capta ex ejusmodi osculis, amplexibus, vel tactibus, quam scilicet quæsumit ex osculo, amplexu vel tactu honesto maxime exhibito in signum casti amoris vel amicitie &c. potius est voluptas mentis, & gaudium animi de honesta amicitia & benevolentia, quam actus sensitivi. Ut bene notat Tambur. lib. 7. c. 8. §. 1. n. 3.

II. Necessitatis.

681 **T**actus uti & aspectus (nam oscula & amplexus hic non habent locum) necessarii dicuntur, qui necessario fiunt in membris con-

poris etiam pudendis, tum alienis, utpote ad mendum à medico &c. tum propriis, ad mundandam naturam &c. Et hi secluso omni affectu & consensu turpi utique omni culpâ vacant; cum necessitas non habeat legem. Idemque dicendum de tactu confricationis illorum membrorum ad sedandum pruritum in iis membris valdè teneris maximè acutum & molestum, ut à confricatione se continere difficillimum sit, esto sequatur aliqua commotio carnis, dummodo consensus absit, ut ex *Gersone*, & communi DD. notat *Sanch.* & *Layman.* addentes rectè, non esse condemnandum peccati, qui ejusmodi molestissimum pruritum sedare conatur etiam cum animadversio periculo pollutionis; similiter tamen sine periculo consensus venerei; quia dat operam rei licitæ, ut suprà suo loco notatur, tametsi sit res plena periculi in ætam lubrica, præsertim in persona fragili.

III. Curiositatis vel levitatis.

Tactus, oscula, amplexus, uti & aspectus facti ex mera curiositate; levitate, vel joco, aut hilaritatis gratiâ circa personam ejusdem vel diversi sexus, dummodo ex ipso objecto non nimis turpes sint, & seclusa intentione libidinosa, & periculo consensus turpis, non nisi venialem culpam continent. Ita ex communissima DD. pluribus congestis *Sanch.* & *Laym.* l. c. eoque sensu intelligendi sunt DD. suprà indicati, dum docent leviter tangere manum mulieris,

lieris, digitum contorquere, pedem pede premere esse veniale. Sed notanter dixi: *dandum ex objecto non nimis turpes sint juxta* *Etia §. 4. N. I.* Certè deliberatè tangere immèdiate (non item supra vestes) partes verendas peius nà altèrius, maximè diversi sexûs, cum per se & ex objecto suo magnam deformationem habeat, & ex natura sua ad libidinem excitant tendat, adeoque hominem gravissimo consensûs periculo exponat, etiam si ex sola levitate joco fiat, à mortali excusari non posse, ostenduntur. At verò quoad ejusmodi tactus personam ejusdem sexûs v. g. dum simul balneant, vel natant &c. levitatem vel jocum à mortali excusantem admittit Sanchez *lib. 9. de for. n. 22.* consentiente Sylva apud Tambur. *cap. 8. §. 2 n. 4.* dicente; quod putamus admitti posse, si leviter, & quasi per transennam hoc fieri non autem si omninò deliberatè: quia talis levitas & jocus deliberatus est nimis turpis & periculosus. Plures casus huc facientes q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

IV. Voluptatis vel delectationis gratia.

68; **T**actus, oscula, amplexus, uti & aspectus, lapissimè fiunt propter aliquam voluptatem, vel delectationem sensibilem, quæ in ipsis vel eorum objectis percipitur. Duplex autem distinguitur delectatio, *sensibilis venera. &* *sensibilis tantum.*

Delectatio libidinosa & venerea (jam toties ad nauseam usque inculcata) est , quæ con-
surgit ex commotione vel alteratione partis infe-
rioris ob motum spirituum generationi servien-
tium : qualisque percipitur in ipsa copula , pol-
lutione &c. Unde dicitur venerea , quia est or-
dinata naturaliter ad promovendam generatio-
nem , cui Venerem antiquitas stulta Deam præ-
sidem faciebat. Delectatio sensibilis tantum
dicitur , quæ solum consurgit ex naturali propor-
tione potentiæ ad objectum tactum , vel visum ,
naturaliter enim visus delectatur aspectu rei pul-
chræ , & potentia tactiva ex contactu rei mollis
vel delectabilis : ut si delecteris aspiciendo fœ-
minam pulchram , vel tangendo mollem car-
nem manûs vel faciei fœminæ : Eodem omnino
modo , quo delectaris aspectu alterius rei pul-
chræ vel mollis absque omni ulteriori intentio-
ne ad delectationem libidinofam , carnalem , vel
veneream ordinatam ad illicitam copulam vel
seminationem. Ita quidem DD. communiter
explicant. Subtilius Tambur lib. 7. c. 8. §. 1. a-
num. 7. præter delectationem veneream libidi-
nosam duplicem distinguit delectationem sen-
sibilem naturalem tantum , & specialiter ex tactu ,
vel osculo fœminæ absque tamen ordine ulte-
riori ad libidinem. Sed legat , qui volet , nostrum
Marchant cum multis. Sed sit

R E S O L U T I O,

684 **D**electatio voluntaria captata vel admittenda deliberatè ex aspectibus, tactibus, osculis, amplexibus, venerea semper est peccatum mortale: sensibilis autem tantum, per se veniale tantum: per accidens tamen sæpissimè mortale, imò semper mortale circa objectum per turpe & obscœnum. Ita D.D. cit. Explicomur.

685 *I. Venerea semper est peccatum mortale.* Certum apud omnes, & ratio eadem est, quæ quæstio sequens probabitur: Insuper in ea delectatione voluntaria nullâ dari parvitatem mortali à mortali excusantem. Certè si delectatio mortuosa venerea de re turpi cogitata tantum mortale est (ut ex comuni suo loco probatur) quanto magis mortale erit captata ex osculis, amplexibus, tactibus impudicis. Atque hac ratione intelligi daminari ac prohiberi ab Alexandro VII. inter ceteras num. 40. hanc propositionem: *Esse peccatum mortale opinio, quæ dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secus periculo consensûs ulterioris, & pollutionis.* Hæc ibi. Nam per delectationem carnalem videtur omninò intelligi venerea seu libidinosa, vel saltem sensibilis cum illa conjuncta, cum consensu vel periculo consensûs in illam venereâ delectationem, juxta mox dicenda, etsi absque periculo consensûs ulterioris in aliquod opus turpe, vel pollutionis. Sed hæc salvo meliori judicio.

II Sensibilis tantum delectatio per se est 686
veniale tantum. Ita communis DD. cum
 Tambur. lib. 7. Decalog. c. 8. §. ult. n. 6. loquente
 etiam de delectatione illa speciali non libidino-
 sa. Ratio; quia delectatio illa sensibilis per se,
 secluso omni periculo consensûs turpis in de-
 lectionem veneream, omni prorsus culpâ va-
 rat: nam ex se ordinatur ad bonum finem, nec
 in se inhonesta est; quod si ergo capteretur ex
 osculis, tactibus, aspectibus, ratione sui tantum
 absque aliquo bono fine, est tanè deordinatio ali-
 qua & abusus rei per se non malæ, ideoque per
 se culpam venialem excedere non potest. Unde
 vides meritò jam supra concessum aspectum vel
 tactum partis alioquin honestæ v. g. aspicere vel
 tangere faciem, manus, brachia, & (sectundum
 Navarr.) etiam mammillam foeminae obiter
 ex joco, levitate, curiositate, ex se nihil habere
 mali, præter ipsum jocum vel levitatem venia-
 lem; nam ut sic solam naturalem sensibilem pa-
 riunt delectationem: ergo secluso consensu ve-
 nereo non est, unde mortalis culpæ condemnen-
 tur.

III. Per accidens tamen sæpius mortale 687
 peccatum fit delectatio illa sensibilis ratione ad-
 juncti periculi consensûs turpis: & hoc sensu ac
 practicè omninò vera est communis sententia
 DD. ac ipsius Sanchez sæpè cit. lib. 9. disp. 46.
 Oscula, amplexus, tactus voluptatis sensibilis
 gratiâ inter omninò solutus esse plerumque pec-
 cata mortalia ob maximum conjunctum peri-
 culum

culum delectationis venerea, ac consensus turpis: & ratio sumitur ex manifesta experientia, quâ constat sapissimè, imò plerumque non sibi in illa delectatione sensibile tantum, sed nimis sapè, ob sympathiam potentiarum, exurgere etiam delectationem libidinosam veneream; atque idè ita voluntarie constantem sensibilibus in ejusmodi aspectibus, tactibus, osculis, plerumque se exponere periculo consensûs turpis, saltem in ipsam delectationem libidinosam consurgentem, si non etiam in opus aliquod opus turpe. Et hac ratione rursus supra diximus, amplexus, oscula, tactus, si finem morosè ob captandam delectationem sensibilem, præsertim inter duos diversi sexus, quia naturaliter consequitur commotio, & delectatio libidinosa, adeoque adest periculum consensus turpis, non posse excusari à mortali; tunc enim ponitur causa proxima veræ libidinis: nisi forte ætas infantilis aliquid amplius permittat, ut permittit Sanchez *cit. num. 13.*

688 IV. Imò semper peccatum mortale est delectatio sensibilis ex aspectu, vel tactu circa objectum per se turpe & obscœnum. In hoc omnes consentiunt, & nos hæcenus semper supponimus. Ratio, imò experientia nimis manifesta est; quia aspectus & tactus objecti obscœni vel partis inhonestæ corporis alterius, etiam si finem primario ob delectationem sensibilem, tamen naturaliter & inseparabiliter pariunt etiam delectationem libidinosam veneream, ut moraliter improprie

impossibile sit, ut delectatio quæcunque sensibilibus ejus partis, quæ tam proximè inservit generationi, assumatur vel admittatur, quin concomitanter consurgat ipsa delectatio libidinosa: quare dum aliquis tam proximam inseparabilem, & efficacem causam libidinosa delectationis voluntariè ponit, illam voluntariè procurare, & saltem indirectè velle convincitur, eoque ipso delinquere mortaliter: quæ ratio valde notanda est. Tandem si fiant ejusmodi tactus, amplexus cum periculo ipsius pollutionis, de hoc jam habes *suprà* sect. 4. satis. Jam sequitur principalis in hac materia valde intricata controversia, & delicata

QUÆSTIO ALTERA.

Daturne parvitas materia excusans à mortali in re venerea, vel materia luxuria?

Differunt ista duo sicut magis & minùs latè patens; nam *res venerea* propriè est ipsa copula, vel coitus carnalis, pollutio atque delectatio venerea ex commotione spirituum generationi servientium orta in & circa partes genitales, & ad summum, quæ ad hoc proximè disponunt, ut tactus & agitatio partium genitalium &c. *Materia luxuria* autem generalis ultra prædictas res venereas ad ipsam generationem pertinentes, comprehendit omnem etiam impudicitiam seu occupationem potentiarum ac sensuum, præsertim tactus, circa res inhonestas, vel ad libidinem aliquo modo provocantes, de quibus

quibus hactenus actum est. Jam vero non potest esse quaestio, an detur parvitas materiae in re venerea quoad ipsam copulam & pollutionem, seu seminationem illicitam. De hoc enim non sane mentis ambigit, quin non: sed solum quoad delectationem libidinosam veneream, directam vel indirectam intentam, & consequente quoad impudicitiam cordis, oris, aspectus, tactus &c. Pono duas resolutiones.

RESOLUTIO I.

690 **I**N re venerea, hoc est, non tantum copulam, pollutionem, distillationem libidinosam, seu quamcunque voluntariam emissionem seminis illicitam, verum etiam quoad delectationem veneream seu libidinosam directam, deliberatè intentam, quaesitam, acceptam, praeter naturam, &c. eticè saltem non potest esse parvitas materiae excusans à mortali: atque ideo omnis impudicitia cordis, oris, aspectus, tactus, oscula, amplexus &c. facta causa delectationis venereae capanda, sicut omnis in illam deliberatus consensus, & complacentia semper est peccatum mortale. In re communissima, & mihi planè certissima doctrina, quàm latissimè probat Rebellenus de *part. 2. lib. 3. q. 19. Less. lib. 4. de just. c. 3. §. 119. Sanch. lib. 4. moral. c. 5. Laym. lib. 4. tract. 5. c. 8. n. 2. Diana. part. 3. tract. 5. resol. 1. &c.* innumeri apud istos (quidquid cum paucis quibus contradicat Caram. in *Regul. S. Benedicti* & infra citandus.) Ratio est; quia omnis

lectatio venerea & libidinosa naturâ suâ per se ordinatur ad copulam, imò re ipsa (ut benè docet *Galenus* apud citat.) est ipsissima inchoatio pollutionis: quid enim est nisi motus humoris spermatici per spiritus generationi servientes incalcescentis, & per certas arterias ad instrumentum generationis tendentis: ergò sicut deliberatè velle copulam, seu seminationem illicitam semper mortale est, ita etiam deliberatè velle eam delectationem, seu commotionem veneream in se, vel in alio, semper erit peccatum mortale: & sicut in ipsa copula vel seminatione illicita, ita & in ea delectatione, vel commotione illicita per se ordinata, & inchoante seminationem illicitam, nunquam poterit esse parvitas materiæ excusans à mortali, *saltem practice loquendo*. Neque enim praxi audienda est distinctio Caramuelis *Theol. Regul. sive in regul. S. Benedicti disp. 69. & 70.* Delectationem veneream esse quidem peccatum mortale, quando pollutio graviter & propinque inchoata est: non item, si pollutio solum leviter, tenuiter, & remotè inchoata sit. Etsi enim hoc speculative defendi posse fatear; practice tamen nullo modo probari potest ob evidentissimum periculum in re tam lubrica & picea. Hic enim verissimè & certissimè: *qui tangit picem, inquinabitur ab ea*; etenim quantumvis minima delectatio & comotio venerea naturâ suâ tendens in majorem & majorem, ipsamque seminationem, & tam delectabiliter, voluntariè con-

sentientem, ac maximè excitantem exponit
 ximo & gravissimo periculo consentienti
 majorem delectationem, majusque peccatum
 carnale. Qua ratione Sanchez cit. lib. 1. mor.
 c. 6. dicit (retractans suam contrariam sententiam
 antea traditam lib. 9. mat. disp. 56.) quia
 quavis delectatione venerea delibutus
 missa apertum est periculum incidendi in
 majorem delectationem aliam manifestè
 lem: quare nec audeo, nec unquam
 sum excusare à confessionibus hujusmodi
 delectationum quantumvis modicarum delecta-
 tionem.

RESOLUTIO altera.

691 **O**mnino admittenda est parvitas materiae
 excusans à mortali in materia luxuriae
 ad impudicitiam cordis, oris, aspectus, tactus
 &c. non tantum quoad delectationem sensibilem
 lem (de qua supra) sed etiam quoad ipsam delecta-
 tionem veneream libidiniosam directe
 nime intentam, sed indirectè solum voluntariam
 in ejusmodi causa levi posita, vel non ablata
 cluso consensu, & periculo consensu in ipsa
 delectationem veneream, vel ulterius opus
 pe. Ita (præter DD. qui absolute, hic admi-
 tunt parvitatem materiae, & fortè nihil aliud vo-
 lunt, excepto Caramuele manifestè loquente
 delectatione venerea) expresse docet Valerius
 lib. 2. disp. 108. asserens, hac de re nullam fuisse
 controversiam, cum DD. contrarium com-
 niter asserentes loquantur de delectatione venerea

rea directè intentà, vel volita. Castro-Pal. apud
Tambur. *cit. c. 8. §. 1. n. 8.* vocat hanc commu-
nissimam DD. Sententiam admittentem in
materia luxuriæ leve peccatum ex parvitate ma-
teriæ, aliisque *citt. Filluc. tract. 30. in 6. præ-*
cep. c. 9. toto, præcipue n. 18. & 19. Item par
nobile fratrum Jacob March. *Resol. Pastoral. p. 1.*
c. 6. q. 6. Et Petrus Marchant, *Trib. tom. 2.*
tract. 6. tit. 3. q. 2. §. 8. dub. 1. resol. 2. in fine,
Ratio; quia valdè rationabile, & consonum est
fragilitati humanæ, quòd homo sub peccato
mortali non teneatur evitare omnem actionem
levem, ex qua est periculum exurgendi aliquos
motus delectationis veneræ, & cum hi motus
longè facillimè exurgant, ut sint mortales, om-
ninò requiri debet majus voluntarium, quàm
indirectum & virtuale in causâ maximè levi, &
de se veniali tantum: aliòquin certè oporteret
condemnare peccati mortalis omnem conver-
sationem non necessariam virorum cum fœmi-
nis, juvenum cum puellis, colloquia familiaria,
choreas, aliásque recreationes etiam honestas:
cum in ijs facillimè intercurrent aspectus blan-
di, verba levia, tactus, oscula, amplexus, & alia
hujusmodi venialia, ex quibus plerumque ori-
untur motus aliqui venerei, quos tamen secluso
consensu, ejusq; periculo unâ cum veniali causa
sua meritò censemus veniales, quemadmodum
& alia, quæ remotè tantum disponunt ad alia
peccata mortalia; ut litigium ad homicidium,
haustus superfluous ad ebrietatem &c. venialia

tantum merito censentur. Regula ergo assignata, & recepta, & à nobis tradita de pollutione indirecte voluntaria vel causata a tiori locum habere debet in delectatione indirecte tantum voluntaria, nimirum *Quia causa posita est licita, vel venialiter tantum mala, etiam delectatio prater intentionem surgens inculpata, vel venialis tantum erit.* Applica in exemplis hactenus dictis inferenda est corollaria.

RESOLUTIO

Variorum casuum in particulari.

692. **O** Sculari pueros ex amore tenere in ætatis, complecti, tangere, capere delectationem sensibilem ex mollitie carnis neræ, secluso consensu turpi, nullum vel tantum peccatum est. *Sanchez, Jacobus, Molinæ, II. cc.* Similiter ancillæ pueros velientes lavantes, eorumque pudenda tangentes vel accipientes, etsi motus sensualis, secluso consensu vel complacentiâ turpi exurgat: aut non accipiant, si ita officium exigit; aut solum veniale, si ex curiositate faciant: mortaliter autem accipere possunt, si id morose faciant ob mortale peccatum consensûs libidinosi.

693. **II** Personæ ejusdem sexûs simul balneant, natantes, ex curiositate vel levitate tantum in partibus verecundis invicem aspicientes, motu sensualitatis, secluso consensu turpi, sunt condemnandi peccati mortalis: Secus

de personis diverſi ſexûs, tunc enim ſemper eſt morale periculum libidinis. Se ipſum autem aſpicere, vel tangere ex curioſitate, vel levitate, ſcluſa intentione, complacentiâ, vel conſenſu turpi, ordinariè veniale eſt; quia minor eſt indecentia & minus movent ad turpia propria, quàm aliena: ut etiam in ſuperioribus notatum habes.

III. Choreas ducere, eſſi aſpectibus, tactibus, oſculis, amplexibus ſolitis, delectatio ſenſibus capteretur ſcluſâ ſemper intentione, vel conſenſu turpi, nullum, vel veniale tantum peccatum eſt. Cajetan. *P. Choreæ*. Filliuc. *tract. 33. c. 10. n. 224.* ubi ſic dicit; *Ruſtici diebus feſtis non ſunt prohibendi a choreis, modo ſiant poſt Miſſam; tum quia alias otio vacarent, quod pejus eſſet; tum quia ſunt pro more Regionis, & publicè coram aliis, ideòque magna ex parte auferitur libidinis occaſio: Tum quia videntur conciliatrices amoris, & benevolentia inter adoleſcentes & puellas in ordine ad matrimonium.* Sic ille ſapienter.

IV. Cantare, dicere, legere turpia, peccatum eſt juxta intentionem facientis; ſi enim ſint cum intentione vel complacentia turpi, mortale; ſi ex curioſitate vel levitate tantum, ſcluſo periculo conſenſus turpis, venialem culpam habent; at verò componentes cantiones, vel libros turpes ordinariè mortaliter peccant ob ſcandalum ſaltem aliquorum: quemadmodum etiam comœdias turpes exhibentes, de quibus itidem jam mentio facta.

V. Mittere litteras amatorias, munera, &c.

similiter peccatum est juxta intentionem
cientis: Si enim faciant ex intentione libidi-
fa, vel animo provocandi alterutrum ad libi-
tam venerem, liquidò mortale erit: si ex libe-
ritate, joco, vexatione vel recreatione, re-
per se loquendo: Si ad captandum, vel
dum honestum amorem in ordine ad munus
nium, culpâ vacabit, præsertim inter par-
fos. Intellige semper: *per se loquendo*, ut
rum, secluso periculo proprio, vel alieno:
nisi scriptio, pictura, &c. de se valde turpis
& ad libidinem provocans.

697 VI. Aspicere animalia coeuntia ex curio-
te vel levitate, secluso affectu libidinoso, non
veniale est; quia id non multum excitare solet
libidinem; insuper eadem animalia, minora præ-
sertim, ut catellos, catos, &c. molliter tractare,
mulcere, etiam eorum pudenda contrectare, de-
(res sanè castitatis amatoribus meritò fugiendæ)
ex curiositate, vel levitate, nullâ conceptâ
imputâ delectatione, non nisi veniale esse de-
Sanchez *lib. 9. disp. 46. n. 15.* Aliosque cū
Diana *part. 2. tract. 17. resol. 37.* Quia inde
excitatur tam vehemens delectatio. Addit
dem Diana. *Et quamvis conficiens intendat
ut brutum semen expelleret ex curiositate
lud videndi, non esse mortale; quia non
mortale impedire bruti generationem,
efficere, ut abortiat, sicut nec ipsum
(brutorum enim Domini fumus) licet
situm sit probabilius.* Hæc Diana ex

chez. Oppositum autem docent Bonacina, & Salas apud eundem, & meritò mortale esse censeret Tamburin. *cit. lib. 7. c. 8. §. 2. n. 5.* Quando quis ita faceret ob delectationem sensibilem; quia tanta contrectatio pudendorum animalis, tam seriò facta ob sensibilem delectationem, principium ex se est impuræ libidinis. Denique si ejusmodi fierent ex affectu libidinoso ad ipsa animalia, maximè grandiora, non tantùm mortale esset, sed etiam spectaret ad peccatum bestialitatis tanquam actus quidam inchoatus. Et de his tandem satis.

~~~~~  
CAPUT IV.

Sive

TRACTATUS APPENDIX.

DE

ABORTUS PROCURATI  
MALITIA ET POENIS.

*Juxta Jus Commune & Constitutiones  
SIXTI V. & GREGORII XIV.  
PONTIFICUM.*

PRÆNOTIONES.

I. Abortus



EST ejectio foetus immaturi, ejusque  
vel inanimis adhuc, aut jam anima-  
ti animâ rationali. Retinenda pro  
praxi omninò videtur communis

X x 4

per-